

habuit feriam II. cyclo Solis XIIII. Concurrat & Neomenia Siwan anni 3008. Judaici embolime: cujus Tifri cepit anno 3960. Sept. III. ejusque character est 2, 13, 27. Adde characterem IX. mensium, Neomenia Siwan incurrit in XXVI. Maii: cujus character 2, 7, 684. Denique primam Januarii Romulei conjicit in VIIII. Jan. Tempore autem Romuli Januarii & Februarii tricenarii erant; Martius XXI. Aprilis XXX. diebus constabant, uti Scaliger docuit lib. II. Palilia in XXI. Aprilis incidebant, undecimo Kal. Maias. Ab VIII. die Jan. Juliani ad XXI. Apt. Juliani, dies sunt CIV. A Kalendis Januarii Romulei ex Scaligeri opinione dies intercedunt ad usque XXI. Aprilis ejusdem Romuli, ex Proinde omnis ista Scaligeriana ratio impedita est, ac dissona.

De Solis defectu, quem Thales prædixisse fertur; quæmque Scaliger hoc in capite refert in annum III. excentum Olympiadis XLVIII. sub Astyage, anno Urbis CXXX. aut in annum II. Olymp. XLX. agemus postea; & quantum in eo non modo Scaliger; sed etiam Veteres quidam Scriptores abertaverint, liquido monstrabimus.

CAPUT LV.

De variis annorum Urbis rationibus, ac duabus præsertim, quæ reliquis celebrioris sunt, de quæ in Veterum quorundam opinionibus expensa, tum Onufrii, & aliorum.

FASTOS Consulares jam tum florentis Reip. temporibus, mendosissimos, ac parum inter se consentaneos fuisse, Livii & aliorum historicorum monumenta confirmant. Sæpius enim diversis ex Annalium scriptoribus diversa Coss. paria eisdem in annos injicit: tum nonnullos omittit, quos Dionysius, alique commemorant; & omnino multum in hac parte Fasti invicem, Annalesque discrepant; quod ex Capitolinis, Castodorois, ac Siculis, & si qui alii reliqui sunt antiqui, vel recentiores Consulium Laterculi perspicuum est. Ex quo factum apparet, ut in annorum ab U. C. numero mirum quantum Auctores invicem disiderent.

Quam quidem opinionum varietatem Onufrius in Fastis accuratissime disputans, omnes propemodum Scriptores, qui annorum Urbis utcumque meminissent, suas in sectas, & factiones distribuit: causas etiam scrutatus est, cur antiquiores præsertim tantò recentiores Urbis originem fecerint. Itaque supervacaneam hanc ille nobis operam diligentia sua industriæ reddidit; neque tamen abstinebimus, quin & ex illo paucissima delibemus, & quædam insuper, quæ tam in ejus, quam in Sigonii Fastis, animadvertione digna sunt, adnotemus.

Hic igitur ille optimus Romæ antiquitatis, & historiae vindex Consulium Fastos longe depravatissimos, & annos complures dubios esse postquam admonuit, in Fabii Pictoris sententiam propendere se dicit, qui Urbem conditam asseruit anno primo Olympiadis octavar, Dionysio, ac Solino testibus: ac parum abfuisse, quin eam opinionem in Fastis suis ipse sequeretur. Etenim cum plures anni sint, quorum sunt Magistratus ambigui; tum quinque ex illis præ ceteris expungendos videri: nimirum anno cccxxvi. quo nulli Coss. Dictatores fuere duo: item anno cxxx. quem Sigonius, & ex eo Onufrius certis de causis inferendum putarunt: nec non annis cdxix, cdxlv. & cdxlii. Præter hos annos alii sunt, quorum in plerisque Fastis Consulibus omittuntur: velut annus cxxviii. quo Sp. Laertius, T. Herminius à Dionysio recensiti à Livio, & Capitolinis prætermissi sunt. Tum cclxiv, cclxv. quibus Coss. nullos Livius assignat, uti nec anno cdxviii. Annum verò cdxlv. sine Coss. exhibent Capitolini fasti, reliqui prætereunt. Anno itidem cdxlix. Livius notat Consulatus duos à Pifone dissimulatos esse, nempe annorum cdxlvii. & cdxlviii. Itaque præter hos duos, tres alios omisit Pifone videtur, videlicet cccclxxvi, cdxii. & cdxlv. Denique varia & inconstans apud omnes annorum est putatio usque ad annum ferme quingentesimum, ut ait Sigonius; ut Onufrius, ad dlix. Quare conditæ Urbis annus non nisi conjecturis, ac probabili ratione potest elici. De quo duæ ferè sunt primariæ, ac plerisque probatæ sen-

tentiæ: altera Capitolinorum fastorum, quæ anno Olympiadis sexta excento quarto conditam ponit Urbem: quam Scaliger, & Scaligerum secuti mortales hodie omnes Catonianam vocant. Perperam, ut ostensum est. Neque enim quid Cato senserit explorari potest, cum id unum scripserit; annis post Trojæ cladem cdxviii. Urbem esse fundatam. Itaque Onufrius Catonis auctoritatem ad eam opinionem trahit, quam Dionysius sequi se dicit, cum reipsa idem cum Fastis Capitolinis tradiderit: videlicet anno primo septimæ Olympiadis Romæ fundamenta esse jacta. Altera Varronis est, quæ longe est celebrior, & fautores habet tam ex antiquis, quam ex recentioribus priore illa plures. Ea conditam Urbem asserit anno Iphiti labente xxiiii. tertio Olympiadis sexta. His accedere potest tertia illa, quam Dionysium amplecti voluisse modo dixi, et si revera aliud suis argumentis efficiat. Annum quippe Julianum, in quem sexta Olympiadis quartus annus desinit, & primus sequentis inicit, huic ipsi Olympiadi septimæ tribuit. Unde quarto excento sextæ non primo septimæ, conditum Urbis ponit. Sic & Polybium arbitror, eidem, quem Dionysius sequi se docuerat, anno epocham Urbis illicasse; primo scilicet Olympiadis vii. sequente secundo. Hoc enim illius verba volunt; circa secundum annum Olympiadis septimæ, quæ à Dionysio referuntur. Ergo injuriæ plerique Scriptorum ab Onufrio, & ab aliis ad Dionysii partes vocantur, cum tam ipse Dionysius, quam illi ipsi Fastorum Capitolinorum opinionem amplexi sint. Sed de reliquis minus admiror.

Diodorum Siculum valde miror ab Onufrio inter eos relatum, qui anno primo Olymp. vii. natalem Romæ collocarunt; quod vereor, ut ei concedi possit. Ille in Præfatione Historiæ suæ à Trojano excidio ad Heraclicidarum xabodov annos putat lxxx. Inde ad primam Olympiadem, cccxxviii. Hinc ad initium belli Gallici à Cæsare suscepti, dccxxx. quem annum primum appellat Olympiadis cixxxx. Archonte tum Athenis Herode. Colliguntur à Trojæ Urbem excidio ad finem historiæ, & Gallicam expeditionem C. Cæsaris, anni mxxxviii. qui & revera ex intervallis illis tribus conficitur. Verum manifesta est æroptasia Diodori, cum à prima Olympiade ad centesimam octogesimam annos numerat septingentos triginta. Sunt enim septingenti dumtaxat & septemdecim. Onufrius pro xxx. scripsisse putat xx. ut à prima Olympiade ad initium belli Gallici C. Cæsaris, quod Pifone, & Gabinio Coss. accidit, anno Urbis Varroniano dxcv. vertente, five incedente dxcvii. anni computetur dccc. absoluti. Nihil Onufrius istis calculis perverit esse. Primum enim Diodorus aperte annum, in quem historiam desinit suam, quo & Gallicum bellum à Cæsare susceptum est, Herode Archonte, primum nominat Olympiadis centesimæ octogesimæ. Itaque cixxxx. dumtaxat solida Olympiades numerandæ sunt, & inveni centesima octogesima, non, ut Onufrius facit, cixxxx. integræ per quatuor multiplicandæ. Annus verò primus Olymp. cixxxx. est Iphiti dxcvii. non dccc. Periodi Julianæ 4654. in quem Palilia Varroniana incidunt dxcxiv. At Palilia dxcv. quæ Gabinii, & Pifonis Consulatus tribuuntur, incurrunt in annum Periodi Julianæ 4656. exeunte anno secundo Olympiadis cixxxx. Iphiti dxcviii. Ex eo porro divinari non potest, quæ Diodori sententiæ de spatio annorum ab U. C. fuerit. Neque enim horum numerum exprimit. Et gratis Onufrius ex illis Præfationis verbis colligit. Urbis conditum ab illo conjectum in primum annum Olymp. vii. quasi ex annorum Olympiacorum summa deducendi sint xxv. Quod neque Diodorus voluit, & longè profecto aliter de Urbis initio sensit. Ac videtur ad Pifonis potius sectam, opinionemque revocandus. Nam quinque ferè annis; alias pluribus; à Varronis Palilibus diffidet. Ostendatur id exemplis aliquot. Diodorus lib. xi. scribit Olympiadem septuagesimam quintam incidisse in Coss. Spurium Cassium, Proculum Virginium Tricoftum. Coss. isti cadunt in annum Varronianum cclxviii. Porro Varronis Palilia prima, uti mox probabitur, competunt anno Periodi Julianæ 3961. atque ideo ducentesimus sexagesimus octavus annus est Per. Jul. 4228. Olympiadis verò septuagesimæ quintæ primus, five Iphiti cxcviii. inicit anno 4234. at anno 4228. cepit annus tertius Olymp. lxxxiii. five Iphiti cxcxi.

Itaque

Itaque si ad annum primum Olympiadis lxxx. Sp. Cassii, & Virginii Consulatus redigatur, sex annis tardior erit epocha Diodori, quam Varronis, & anno xxix. Iphiti congruet, Olympiadis octavar anno primo. Rursum anno primo Olympiadis lxxxviii. qui cadit in annum Periodi Julianæ 4246. ponit Coss. L. Emilium Mamercurum, & Vopiscum Julium. Est is annus Varronianus cclxxxii. qui convenit anno Periodi Julianæ 4241. quo inicit quartus Olympiadis lxxxvi. Igitur quinquennio solido epocham Varronis moratur. Sic anno primo Olymp. lxxxix. Periodi Julianæ 4250. Iphiti cccxiiii. Coss. assignat A. Verginium, T. Minucium, qui cadunt in annum Varronianum cclxxxv. Si de annis 4250. detrahatur annos cclxxxv. restabunt 3965. Ita anno 3966. prima Palilia ex Diodori mente cæperit, quinquennio post Varroniana. Id ipsum & in annis sequentibus apud eundem historicum observare licet. Anno primo Olymp. lxxx. Archonte Phœclidæ, Coss. tribuit Q. Fabium, T. Quintium Capitolinum. Incurrunt itidem in Varroniana Palilia cclxxxix. Periodi Julianæ 4249. Verum annus primus Olymp. lxxx. convenit anno Periodi Julianæ 4254. Itaque quinquennio post Varronis Palilia Diodori epocha sequitur. Sic anno primo Olymp. lxxxxi. Coss. assignat Ser. Sulpitium, P. Volumnium. Olympias ista competit anno Per. Julianæ 4258. Coss. autem illi Pallibus Varronianis cccxiii. Deductis annis cccxiii. de 4258. cadet epocha Urbis in annum 3966. Item anno I. Olymp. lxxxiiii. Coss. nominantur à Diodoro T. Romelus Vaticanus, C. Veturius Cicerinus. Olympias ista cepit anno Periodi Julianæ 4266. at verò Coss. anno Varroniano cccxix. qui deducti de 4266. conjiciunt Palilia Diodori in annum 3968. septem annis post Varroniana. Anno primo Olymp. cv. Iphiti ccccv. Periodi Julianæ 4362. Diodorus Coss. assignat C. Sulpitium, M. Valerium, qui in Varroniana Palilia cccci. cadunt anno 4361. Hac ratione Diodori Palilia uno anno Varronianis posteriora sunt, & Capitolinis congruunt. Anno primo Olymp. cix. quadrienno. At anno primo centesimæ decimæ quartæ biennio dumtaxat. Ponit enim Coss. T. Petelium, L. Papyrium. Ad hos spectant Varronis Palilia ccccxviii. Olympias cxiv. qua mortuus est Alexander, commissa est anno 4390. Deductis annis 428. cadent Diodori Palilia in annum 3963. Perituræ exemplorum satis est. Reliqua per se quivis periculum poterit. Neque verò supervacanea hæc nostra diligentia est. Nam ex ea summorum virorum duorum error agnoscitur, Sigonii, & Onufrii, qui sub annorum penè singulorum titulis notare solent. Hoc anno Coss. hos vel illos nominant Dionysius, Livius, Diodorus: cum plerumque Diodorus quinque vel sex annis dissonat: ut qui Varroni annus est exempli causâ cclxviii. ab U. C. is Diodoro sit cclxii. Auctor Novæ Chronologiæ capite C, Diodorum asserit annis octo communem Olympiadam epocham anteverisse. Quoniam enim à prima Olympiade ad bellum Gallicum annos elapsos ait 730. additis 54. qui ab eodem bello ad Christum interjecti sunt, constunt 784. cum sint anni dumtaxat 776. Sed cum anno Urbis 695. Gallicum bellum inierit: à quo ad Christum 58. anni numerantur: planè 788. anni constantur: ac 12. vel 13. annis, non sine errore verum Olympiadam initium prævertit. Totidem annis Aufonio è contrario communem moratur epocham. Scribit enim in Epigram. ad Consulatum suum annos ab U. C. fluxisse 1118. cum 1131. absoluti sint. Consul enim fuit anno Christi 379. At idem ille vir doctus octo dumtaxat annorum metachronismum agnoscit in Aufonio. Sed utrumque suo loco postea discutietur.

Nunc Scaligeriana euidam hesitationi tempus est occurrere, qui initio lib. v. pag. 333. Fastorum Capitolinorum, Dionis, ac Velleii Paterculii quidem nonnihil suspectam habet. Quorum ille rectè quidem Consulatum quartum Octavianii Cæsaris in annum ab U. C. confert dcccxxv. sed Domitii Calvinii triumphum de Thracibus, & Getis alieno tempore posuit, quem factum Capitolinum ponit anno dcccvii. Hæc Scaliger. Sed fallitur, cum à Dione credit anno Urbis dcccxxv. tribui Consulatum iv. Augusti. Hic enim anno dcccxxiv. potius assignatur. Siquidem initio lib. xi. anno Urbis septingentesimo Coss. ait fuisse L. Domitium, & Appium Claudium. Post istos verò viceffimum quartum Consulatum obtinent Augustus Cæsar iv. & Licinius Crassus. Quod ad triumphum Domitii spectat, quem ex Hispania retulit, non

Pars II.

ex Thracia, ut perperam scribit Scaliger, meminit hujus Dio, anno U. C. dcccxxv. sed alieno loco. Convenit enim, ut ex Fastis Capitolinis apparet, anno dcccvii. qui est Varronianus dcccviii.

De Velleio Paterculo habet ista Scaliger: Numerare ipsum à Consulatu Claudii Marcelli, & Cornelii Lentuli ad Consulatum M. Vinicii Quartini, & C. Cassii Longini annos lxxxviii. cum sint tantum lxxvi. Verum apud Velleium, lib. II. cap. XLIX. Lentulus, & Marcellus Coss. ponuntur anno U. C. dccciii. cum tamen Varroniana Palilia sint dcccv. Iidem Consulatum gessisse dicuntur Velleio anno lxxxviii. quam M. Vinicius Quartinus Consulatum iniret. Porro ab Urbe condita ad Consulatum Vinicii Velleius lib. I. annos esse refert dcccxxxii. Ubi & Urbem conditam asserit sexta Olympiade, post annos duos & viginti, quam prima constituta fuerat; ut videatur ex Varronis sententiâ prima Palilia defixisse anno Iphiti xxiiii. qua ratione expletis annis dcccxxxii. incedente septingentesimo octogesimo tertio Palilia Consulatus Vinicii confluerent. Lentulus & Marcellus Coss. fuerunt anno Varroniano dcccv. Adde lxxxviii. paria, postremum in annum incidet dcccxxxiii. quo Consulatum gessit Vinicius. Itaque legendum apud Velleium lxxxviii. pro lxxxviii. neque Consulatus tantum lxxxvi. sed lxxxviii. inter utrumque terminum interjecti sunt. At perperam Velleius Lentulus & Marcellus Coss. locat in anno ab U. C. dccciii. (malè apud Scaligerum dcccvi.) Biennio enim aberrat; cum isti Coss. cadant in annum Varronianum dccc. non dcccvi. quod scribit Scaliger. Huic biennii prochronismo consentaneus est alter, quo Velleius cap. lxxvi. Augustum refert pridie quam xx. annos expleret, x. Kalend. Octobres cum collega Q. Pedio Consulatum inisse, occisis Hirtio & Panfa, anno Urbis septingentesimo nono. Contigit enim anno dcccxi. & ita sine dubio apud Velleium scribendum esse, demonstrat quod addit ante annos septuaginta duos id accidisse, quam M. Vinicius Consulatum iniret. Inicit autem anno dcccxxxiii. Pessimè itaque Scaliger lxx. tantum annos à primo Consulatu Octavianii ad Vinicii Consulatum putat; cum septuagesimus secundus post illum sit Vinicii Consulatus. Postremò Velleius refert Coss. Sex. Ælio Cato, & C. Sentio Saturnino, anno U. C. dccciv. annis ante Consulatum Vinicii xxvii. adoptatum ab Augusto esse Tiberium. Tribus annis minus dicit quod ad annos conditæ Urbis attinet. Est enim dcccvii. à quo ad Vinicum Coss. anni sunt xxvi. & xxvii. si ipsum Cati & Saturnini Consulatum velis complecti. Quare legendum est apud Velleium dcccvi. pro dccciv. & fallum est biennio amplius esse annos xxvi. quod ait Scaliger.

CAPUT LVI.

De capite annorum ab U. C. de quæ epocha illius characteribus Chronologicis. Solini locus illustratur.

ROMÆ conditum in Palilia conferunt Scriptores, qui dies xi. Kal. Majas, id est Aprilis xxi. in Juliano Calendario constitutus est. Olim verò, & sub ipsum Natalem Urbis cui Juliano mensi ac die competeret, investigare difficile est. Verum quemadmodum Juliana forma tanto post Urbem conditam intervallo usurpari coepit propter anni commoditatem *αεθλητικῆς*; ad anteriora tempora porrigitur, ita & Palilia, five Natalis Urbis, fictione quadam in April. xxi. die retinetur. Quinetiam post eundem Julianum annum receptum, qui à Kalend. Januar. orditur, annorum Urbis epocha ab iisdem Kalendis ferè procedit; nisi aliter Scriptores quosdam intellexisse, certis ex conjecturis possit colligi. Ad hæc varia annorum civilium initia consideranda sunt; ut in Olympiadicis anno monuimus. Nam plerique ut anni popularis, ita & Romani, Urbisque conditæ primordium ab Autumno deducunt. Quorum omnium singillatim exempla perferere, longum est, & molestum. Hæc tantum studioso Lectori proponenda sunt cautio, ut in erudiendis Scriptorum sententiis judicio opus esse sciret. Solinus ecce cap. II. Callanis, inquit, nostris, & Græcorum temporibus

I 2

invenimus incipiente Olympiade septima Romam conditam, anno post Ilium quadragesimo tricesimo tertio. Hæc est Fastorum Capitolinorum sententia, ut recte Onasius animadvertit. Cur enim diceret, incipiente Olympiade septima, nisi anno quarto sextæ desinente conditam arbitraretur? At idem paulo post: *Hic, inquit, argumentum id accedit, quod C. Pompeius Gallus, & Q. Veranius anno U. C. octingentesimo primo fuerunt Coss. Consulatu eorum Olympiade septima & ducentesima ætatis publicis annotata est. Quæ ergo multiplicatis sex & ducentis Olympiadebus, erunt anni octingenti viginti quatuor. quibus de septima Olympiade amittendus est primus annus, ut in solidum colligantur dcccxxv. anni. Ex qua summa detractis viginti annis, & quatuor Olympiadem retro sex, manifestè anni dccc. reliqui sient. Annus, quo Coss. fuerunt Pompeius Gallus, & Veranius, est Varronianæ putationis dccc. ex Fastis Capitolinis dccc. qui inquit anno Christianæ ætæ xlix. Per. Julianæ 4762. quo annus primus Olymp. cccvii. ex diebus æstivis inchoatur; Urbis autem, Varronianus dccc. ex Palilibus. Solinus ex annis Iphiti dcccxxv. deduci jubet xxiv. ut reliqui sint dccc. Hoc modo falsum colligit. Neque enim anno quarto Olymp. sextæ; sed anno primo septimæ Natalis Urbis congruet. Itaque annum Iphiti, sive Olymp. ab eadem epocha, à qua Urbis annus, exorsus est; nempe à Kal. Januar. Alioquin xxiiii. dumtaxat anni solidi, & vertentes de summa detrahendi fuerant, ut in sequentem, vicefirmum quartum exeuntem Natalis Urbis incurreret. At secundum Varronem annis dcccxxiv. Iphiteis absolutis, deducti anni dccc. relinquantur xxii. Unde vicefirmo tertio labente Urbs est condita. Ac si Aënarum isti publici, de quibus Solinus loquitur, annum Urbis dccc. cum Olymp. cccvii. composuerint, Fastorum Capitolinorum computationem secuti sunt. Nisi forte notatam Olymp. illam Romæ dicamus anno Christi xlix. inter Kal. Jan. & Palilia, cum annus Urbis à Palilibus octingentesimus primus adhuc curreret, cui mox ab xxi. Aprilis successurus erat annus dccc. Ita cum illorum Consulatus anno Urbis Varroniano, si à Palilibus incipias, dccc. cœpisset, & cum anno Urbis dccc. comparatus fuisset; Olympias verò cccvii. iisdem Coss. postea celebrata, anno Urbis dccc. Solinus quem annum Urbis incuntem illorum Magistratu notatum viderat, eundem & ad æstivum mensum, quo Olympiadi agones commisi sunt, accommodavit. Ut ut verò se res habet, ex eo manifestum est, rectè à nobis Olympiadem epocham coniectam esse in annum Periodi Julianæ 3938. Si enim Olympias cccvii. hoc est annus Iphiti dcccxxv. inquit anno Periodi Julianæ 4762. deductis annis 825. relinquantur 3937. Itaque anno 3938. cœpit annus Iphiti primus.*

Supereft ut antequam ab Urbis annorum epocha discedamus, certis illam notis, & characteribus, nostro more, fulciamus. Primum igitur Livius lib. xxiii. sub initium refert, Cn. Servilium, & C. Flaminium Romæ Eidibus Martii Magistratu inisse: & inter alia prodigia Solis orbem in Sardinia minui visum. Ea Solis Eclipsis contigit cyclo Solis xvii. Lunæ xiiii. Februarii xi. Periodi Julianæ 4497. Iphiti dlix. sive Olympiadis xli. anno tertio exeunte. Vera conjunctio ex Parisinis Carali in Sardinia contigit hora post meridiem 1, 54'. Apparens hora 3, 14'. Initium hora 2, 3'. post meridiem. Finis hora 4, 20'. Digitorum fuit circiter septem: & horas 2, 27. ferè tenuit. Annus porro tum agebatur Urbis Varronianus dxxxvii. Post istos verò Coss. novem paria sequuntur usque ad annum Urbis dxxvi. quo Coss. fure Crispinus, & Marcellus, quo cœpit annus Iphiti dxxix. Olympiadis cxliiii. primus. Quare si de 4497. deducas annos 537. restant 3960. & sequente 3961. Varroniana Palilia prima cœperunt.

pag. 318.

Rurfus auctore eodem Livio lib. xxxvii. L. Cornelio Scipione, & C. Lælio Coss. ante diem V. Eid. Quint. obscuratus est Sol, Luna sub orbem ejus subeunte. Convenit defectus ille anno Periodi Julianæ 4524. cyclo Solis xvi. Lunæ xi. Martii xiv. feria ii. Verum Novilunium ex Parisinis Tabulis Romæ contigit hora 7, 13'. Sole tum in Piscibus, eorumque gradu 19, 43'. consistente. Apparens conjunctio sub ipsum ferè Solis ortum,

hora 6. matutina scrup. 26', 44". Duravit horas ferè duas. Sed Romæ nonnisi dimidia conspexa. Annus quo defectio ista contigit, numeratur à Varrone Urbis annus dlix. cum annus secundus Olympiadis cxlvi. in cursu esset. Porro ab anno dlix. Iphiti, sive primo Olympiadis cxliii. ad Iphiti incuntem dxxxvii. qui anno 4524. Periodi Julianæ cœpit, anni sunt xviii. ita ut decimus nonus sit * septingentesimus octogefimus septimus. Totidem Consulatus sunt in Fastis Romanis à Consulatu Crispini & Marcelli ad Scipionem & Lælium. Quocirca cum annus U. C. Varronianus dlix. cœperit anno Periodi Julianæ 4524. necesse est primum inisse anno 3961.

Tertio memorabilis est defectus ille Lunæ, qui Coss. L. Paulo Emilio, & Licinio Crasso contigit, nocte, quam Prid. Non. Sept. infecuta est dies, ab hora secunda noctis ad quartam desiciente Luna, ut refert Livius lib. xlv. meminitque Plutarchus in Emilio. Annus hic Urbis erat dxxxvi. cyclos erat Lunæ v. Solis x. Periodi Julianæ 4546. quo eclipsis accidit inter xxii. & xxiii. Junii in anno Juliano.

Ex Parisinis Tabulis vera lunarium oppositio cadit in horam circiter 20. à media nocte diei xxii. Junii. Sole in Geminorum gradu 26. versante. Duravit horas 4, 6'. nempe ab hora quinta, scrup. 53'. post meridiem ad horam usque 10, 5'. ac digitorum fuit amplius 15. Tota porro in umbram immergi cœpit hora 7, 42'. que est secunda *æstivæ* noctis hora. emergere autem ex umbra cœpit circa horam æquinoctialem 10, 22'. paulo ante quartam *æstivæ*. Ideo à secunda ad quartam noctis horam defecuram esse *æstivæ* in militari concione præntenciavit Sulpitius Gallus. ut Livius refert. Luculentissimus hic annorum Urbis est character; & ad communem adstruendam Chronologia validum imprimis argumentum: quod flagrate jam æstate defectio illa contigerit ut ex Livio & Plutarcho postea disputabitur, cum novam eruditi viri sententiam de hoc anno reliquisque Fastorum communium expendemus, ac refutabimus.

Quartum annorum Urbis characteris alia Solis defectio suppeditat, quam Cn. Servilio, & C. Flaminio Coss. anno U. C. dxxxvii. in Sardinia conspectam inter alia prodigia, que cladem ad Thrasumenum lacum à Romanis acceptam atgressa sunt, refert libro ii. Decadis iii. Livius: cum ita loquitur; *In Sardinia Solis orbem minui visum, & Arpis Lunam cum Sole pugnantem.* Hanc verò nos defecionem Solis ad Parisinas tabulas exigentes, anno Periodi Julianæ 4497. comperimus accidisse Carali in Sardinia Februarii xi. Vera syzygia commissa est hora post meridiem 1, 34', 19". Apparens hora 2, 52', 19". Fuit digitorum ferè 7. duravitque hora 2, 27'. Cœpit enim hora post meridiem 1, 31', 49". Defuit hora 4, 8', 19".

Quinta Solis itidem eclipsis à Livio Dec. iv. lib. viii. significatur: cum ait anno U. C. dxxvi. M. Valerio Messala, C. Livio Salinatore Coss. luce, inter horam tertiam ferè, & quartam tenebras obortas esse. At nos è tabulis nostris eruimus anno Periodi Julianæ 4526. Solem defecisse Julii xvii. Novilunium verum Romæ hora 7, 46', 36". Apparens hora 6, 26', 36". Duravit horas circiter duas. digitorum autem fuit ferè 12. Maxima Solis obscuratio circa horam diei tertiam *æstivæ*.

Postrema Lunæ defectio à Polybio memoriæ prodita est lib. iv. ubi eo anno quo Livius Salinator, & Emilius Paulus Coss. fuerunt, lunam defecisse scribit: eaque re animadversa, Gallos mercenarios, qui in Attali exercitu merebant, progredi ultra noluisse. Hanc verò è Tabulis nostris deprehendimus anno Per. Julianæ 4495. Novilunium verum in Myfia; ubi tum erat Attalus; contigit Martii xx. hora post mediam noctem 2, 4'. Cœpit Luna deficere hora 0, 18'. Tenuit horas 2, 24'. Defuit hora 3, 59', 40". ac digitorum fuit 12; ferè; totaque videlicet obscurata est. Atque iis Coss. annus notatur ab U. C. Varronianus dxxxv.

Ex iis omnibus indubitata conditæ Urbis epocha secundum Varronem adstruitur anno Periodi Julianæ 3961. ante Christum 752. quod intelliges si annos Urbis celestibus

* Remendabat Petrus in suo exemplari: quingentesimus.

celestibus illis observationibus insignes de annis Periodi Julianæ detraxeris. relinquentur enim 3960. Quare anno sequente primus annus, sive Palilia prima Varroniana ab Aprili mense cœperunt. Capitolina verò, que uno minus anno numerant; anno 3962. Nos Varronem cum plerisque sequi maluimus. Cui & Censorini egregius ille locus, qui à nobis est supra propositus, adspulatur. Etenim anno Christi cxxxviii. quo libellum suum scribebat, inisse docet annum U. C. nongentesimum nonagesimum primum à Palilibus. Hic est annus Per. Jul. 4951. Si igitur inde 991. annos detrahas, residui erunt 3960. Quare anno 3961. Palilia prima Varronis incunent.

DE ÆRA NABONASSARI.

CAPUT LVII.

Quo anno cœperit à celestibus observationibus eruatur. Exponuntur lunaria quedam deliquia à Ptolemao. notata. Censorinus illustratur.

ANNORUM qui à Nabonassaro nomen acceperunt expedita ratio est. Nihil enim apud Ptolemaum, & in Astronomorum Tabulis celebrius est epocha Nabonassari; nihil quod minus ignorari possit. Itaque præter unum Mercatorem nemo est, qui non in ea opinione consentiat, quam Scaliger & ipse complexus est. Verum que de suis conjecturis communem ad sententiam adjevit, ea sunt futilia maxime, & in lib. iiii. cap. 1. refutata. Tale est illud de tacita intercalatione confictum, quam Ægyptii Hierophanta clam observarent. De quo plura non dicam. Satis enim illic fabulam istam redarguimus. Ac de Nabonassaro quidem, quis tandem fuerit, mox agendum erit: nunc de illius epocha longè nobilissima paucis differemus.

Ptolemaice omnes observationes, que quidem bene multe Nabonassareis annis & mensibus ab eo signatae sunt, certissime epocham illam arguunt ex anno Per. Jul. 3967. confurgere, cyclo Solis xix. Lunæ xv. Februarii xxvi. feria iv. Sunt autem anni Nabonassari Ægyptiaci simplices, dierum cccxix. sine ullis horariis appendicibus. Unde fit, ut post annos iv. Neomenia Thoth uno die retrocedat; ac post annos mcccclx. toto anni Juliani contextu peragrato, ad eundem diem, unde erat progressa, redeat.

Quod igitur anno illo, quem diximus, Nabonassari epocha conveniat, ex celestibus omnibus observationibus, que à Ptolemao descriptæ sunt, demonstrare possumus. Exempli gratiâ: Ptolemaus refert lib. iv. eclipses tres lunares è Babylonia missas (à Callisthene scilicet, ut supra cap. de Alyriis diximus) Prima Phanoftrato Archonte contigit, anno Nabonassari cccxvii. Thoth xxviii. hora 6, 30'. à media nocte, Alexandria. Congruit hoc cyclo Lunæ xviii. Solis xix. Lit. E. anno Per. Jul. 4331. Decemb. xxiiii. feria iii. ante Dionysianæ ætæ initium anno exeunte trecentesimo octogesimo tertio. Anni Ægyptiaci cccxv. absoluti cum xxvi. diebus horis 6, 30'. Thoth, dies colligunt 133251, 6, 30'. qui sunt Juliani 364. dies 300. horæ 6, 30'. Detrahe ergo de annis 4330. & diebus 356, 7, 30. annos 364. dies 300, 6, 30'. relinquantur anni absoluti 3966. dies 56. Proinde die quinquagesimo septimo ineunte à media nocte, vel, ut Ptolemaus populari consuetudine numerare solet, ab ortu Solis diei quinquagesimi septimi (qui est xxvii. Februarii) à Kal. Jan. anni 3967. æra Nabonassari cœpit.

Eam porro nos eclipsin ex Tabulis nostris deprehendimus hora post noctem mediam 7, 54'. fuisseque digitorum 23. & horas tenuisse 1, 42'. Initium ejus hora 6, 56'. Finis hora 8, 51'. Proinde rectè Ptolemaus lunam ait deficientem adhuc occidisse. Sol in gradu morabatur Sagittarii, 27, 17'. Secunda defectio Phamenoth xxiv. sequente xxv. eodem anno Nabonassari cccxlvi. cuius Thoth cœpit Novembris xxvi. feria v. hora post meridiem diei xxiv. Phamenoth, 8, 20'. Alexandria; ac tribus circiter horis obscurata est. Hic est annus Per. Jul. 4332. quo Junii xviii. Phamenoth xxiv. incidit, feria v. Nos illam ipsam Lunæ defe-

ctionem in tabulis nostris investigavimus hora post meridiem 8, 30'. apparenti tempore; quam & digitorum exhibent paulo minus septem. durationem porro horarum 3, 4. Cœpit hora 6, 58', 3". à meride. defuit hora 10, 2'. Sol in gradu 20, 43', 51". Geminorum tunc erat.

Tertium Lunæ deliquium à Ptolemao notatur anno Nabonassari cccxlvii. Thoth xvi. sequente xvii. hora 10, 10'. post meridiem, Alexandria. Tota verò Luna defecit: ac prope quatuor horas eclipsis duravit. Atqui tabula nostra lunarem illum defectum anno Per. Jul. 4332. præbent, Decembris xii. quem in diem Thoth xvi. dies incurrit. Oppositio vera, sive media defectio, hora 10, 13', 40". à meride apparenti tempore (quod à Ptolemaico differt scrupulis tantummodo 3, 40"). Fuit autem digitorum 17. Initium hora 8, 25', 40". Finis ineunte Decembris xiiii. hora 0, 1', 40". Ita tres horas cum 36'. scrupulis tenuit.

Item anno Nabonassari dxxvii. Mefori xvi. horis 7. post meridiem Luna defecit anno Liv. Periodi secundæ Calippicæ, ut Hipparchus observabat. Eam nos eclipsin deprehendimus anno Per. Jul. 4513. cyclo Solis v. Lunæ x. littera BA. Septembris xxi. feria v. horis à meride 7, 15'. Sole in Virginis gradu 26, 9', 39". consistente: que & digitorum fuit 10, 8'. ferè: & horas tenuit 3, 26'. Initium hora 5, 32'. Finis hora 8, 58'. à meride.

Anni Ægyptiaci dxxvi. absoluti cum diebus cccxvi. qui ad xvi. Mefori à Neomenia Thoth lapsi sunt, dies colligunt 199636. qui sunt anni Juliani dxxvi. dies cxxxvi. Deduc annos 546. dies 136. de annis 4512. diebus 266. quot à Kal. Jan. anno 4513. bissextili numerantur ad xxii. Sept. relinquentur anni absoluti 3966. & dies 56. Quare anno 3967. Februarii xxvi. inquit Thoth Nabonassari. Quod quidem ex reliquis omnibus observationibus concluditur, que Ptolemao passim describit. Atque ea demum certissima probatio est; cum defectus Solis ac Lunæ præsertim uno aut duobus annis fallere nequeant. Nam que hoc anno, verbi gratiâ, dies Neomeniam lunarem habuit, ac sequente anno, Lunæ undecima circiter numerabitur. Ideo non alii quatuor illis eclipsis anni tribui possunt, quam quos attulimus. Atqui de æra Nabonassari unius tantum anni discrepantia est. Quare perperam Mercator uno anno æram Nabonassari moratur, eamque conjicit in annum Per. Jul. 3968. Unde eclipses duas, quarum prior anno Christi xlv. Claudii v. contigit; altera anno Christi lxx; confert in annos xlvii. & lxx. cum illa anno Nabonassari 792. Mefori 25. ista Nabon. 806. Pachon 25. contigerit qui sunt anni vulgaris ætæ, xlv. & lxx. cyclis Lunæ viii. & iiii. quibus solis eclipses illæ competunt, non autem sequentibus. Sed de iis postea.

Censorinus præterea loco illo, quem antè citavimus eandem epocham firmissimè demonstrat. Etenim anno Christi, ut ostensum est, cccxxviii. Per. Jul. 4951. annum Nabonassari nongentesimum octogefimum sextum putari docet. Porro Thoth anni illius inquit Junii xxv. Si igitur anno Per. Jul. 4951. cœpit annus Nabonassari 986. necesse est primum annum inchoatum esse anno Per. Jul. 3967.

Hic Temporarius immerito Censorinum redarguit Tempori. Demonstr. Chronol. lib. iiii. cap. de Temporibus Romanorum, quod Ulpii, & Pontiani Consulatum adscribat anno Nabonassari nongentesimo octogesimo sexto; quem celestes motiones tribuunt anno dcccclxxxiv. Quod ille sic probat: Anno Christi lxx. convenit Vipsanii & Fontei Consulatus, quo eclipsis Solis incidit Prid. Kal. Maias. Est autem hic annus Nabonassari dcccvi. Pachon xxv. adde annos cxxxviii. habebis annos dcccclxxxiv. Verum in eo deceptus est, quod Ulpii & Pontiani Consulatum existimavit esse centesimum septuagesimum octavum post illum Vipsanii, & Fontei, quasi incidere in annum Christi cxxxviii. Est autem centesimus septuagesimus nonus. Nam Christi, ut dictum est, anno lxx. Vipsanius & Fonteus Coss. existerunt. Ulpius autem, & Pontianus, anno Christi cxxxviii. Anno Christi lxx. cœpit Thoth Nabonassari octingentesimus septimus. Augusti ix. cum eclipsis illa Solis labente adhuc octingentesimo sexto contigisset, die xxv. Pachon. prid. Kal. Maias. At anno Christi cxxxviii. Thoth Nabonassari nongentesimus octogefimus sextus

inuit Junii xxv. post quem diem Cenforinus libellum suum scripsit. Anno vero Christi cxxxvii. desit annus Nabonassari dcccxxxiv. & inuit dcccxxxv. Ita constat recte ab Cenforino compositum annum Nabonassari cum annis reliquis; perperam vero à Temporario reprehendi. Qui nihilominus & in eo labitur, quòd annos ab Urbis epocha usque ad Thoth Nabonassari tantum quinque computat. Condita urbs est ex Varrone anno Per. Jul. 3961. Nabonassari primus annus inuit anno post septimo, hoc est 3967. Intervallum annorum sex.

Ad summam, annus primus Nabonassari inuit anno Per. Jul. 3967. cyclo Solis xix. Lunæ xv. Februarii xxvi. ab ortu Solis secundum popularem consuetudinem, quo dierum cardine passim Ptolemæus utitur.

CAPUT LVIII

De initio Chaldaici regni à Nabonassaro, & quis ille fuerit.

JOANNES Funccius, Mercator, Buntinghus, & alii Nabonazarum, uti Cenforinus eum vocat, vel, ut Ptolemæus, Nabonassarum eundem esse cum Salmanassare crediderunt. Alii diversum quidem, sed eodem tamen existisse tempore putant. uti Temporarius, qui Nabonassarum Satrapam Babylonie censet à Salmanassare constitutum. Utraque opinio falsa est. sed prior illa longè falsissima: quam firmissimis rationibus plerique confutarunt. Ideo nos in illorum explicandis, ac refellendis argumentis opera non abutemur. Sed quis ille tandem Nabonassarus fuerit; & quo cum ex iis, quorum Scriptura meminit, principibus idem esse videatur, accuratissimè peruestigabimus.

Annus primus Nabonassari, ut proximè demonstratum est, incidit in annum * Per. Jul. 3968. Olympiadis viii. annum primum labentem, sive Iphiti xxviii. Urbis septimum, si à Kal. Jan. Juliano more computes. Idem erat annus ante æræ Christianæ primordium septingentesimus quadragesimus septimus Julianus. Natalis autem Christi vulgaris incurrit in annum Nabonassari dcccxlvi. cuius Thoth inuit Augusti xxiii. Regum porò Babyloniorum prima omnium in Scriptura mentio fit lib. iv. Reg. cap. xx, 12. ubi anno Ezechie xiv. circiter, postquam à morbo convalescit, legatos ad eum cum muneribus misisse dicitur Merodach, filius Baladan rex Babyloniorum, ut interrogarent de portento, quod acciderat super terram, 1. Par. xxxi, 31. Annus primus Ezechie, uti postea demonstrabitur, convenit anno mundi 3257. Per. Jul. 3987. Itaque decimus quartus ejusdem inuit Per. Jul. 4000. mundi 3260. qui est annus post Nabonassari primordium, tricesimus quartus. Salmanassar anno Ezechie sexto captivas x. Tribus abduxit circa annum Jul. Per. 3993. Mundi 3263. Porro regnante Ezechia, reges Assyriorum tres isti fuerunt, Salmanassar, Sennacherib & Assaraddon, ut cap. xv. suprâ docuimus. Apparet verò Salmanassarem diversum esse ab Nabonazaro. Nam quo tempore Assyrii imperabat ille, Babyloniorum rex erat Merodach. Unde consequens erit, unum & eundem esse, Salmanassarum, Nabonassarum, & Merodachum; quod ridiculum est. Quocirca Nabonassarus aut est Baladan ille, cujus Merodach filius appellatur iv. Reg. cap. xx, 12. aut certè Ilulæus, qui in Laterculo regum Babyloniorum in canone Mathematico ponitur; quem nos hoc loco describemus. Hunc Canonem Ptolemæi nomine nuper ediderunt: quem & Scaliger in Collectaneis expressit. Nos ex utraque illa editione nominum ἑθνεσθίας, pro eo atque probabilius visum est, concepimus.

Canon Mathematicus Babyloniorum Regum. Table with columns: Regum nomina, Anni regni, Anni collecti. Rows include Nabonassarus, Nadius, Chozirus & Porus, Ilulæus, Mardokempadus, Arcianus, Interregnum, Belithus, Apronadius, Rigebelus, Mefiffimordacus, Interregnum, Ieariedinus, Saofducheus, Chyniladanus, Nabopolassar, Nabopolassar, Nabonadius, Cyrus, Cambyfes, Darius, Xerxes, Artaxerxes prior, Darius Nothus, Artaxerxes II, Ochus, Arles, Darius Arfami, Alexander M.

Hoc in Canone anni collecti à Nabonassaro ad Alexandrum, Ptolemæo, ac reliquis Astronomis consentaneum sunt; nempe cxxxiv. quorū illi à Thoth Nabonassari ad Thoth Alexandri M. qui ab ejus obitu computatur, numerare solent; ut suo loco dicitur. Sed in aliis quibusdam mendosus est Canon, quod singillatim propriis locis constat.

Errat verò multo magis Alexander Polyhistor; qui, ut excerpta Eusebiana docent, arbitratus est Nabopolassarum esse Sardanapalum; cum Nabonassarus, qui cxxiv. annis Nabopolassarum antecessit; posterior sit Sardanapalo annis cxxx. circiter. Qua ratione falsa & illorum opinio convincitur, qui Baladan censent Belesim illum fuisse, quem Arbaces everfo Medorum imperio Babylonie præfecit. Siquidem Merodach filius Baladan, quem merito suspicantur esse Mardokempadum, cix. ferè annis Arbace posterior est. Quamobrem uti post veteres illos Assyrios à Medis extinctos, eorum reliquia, excusso Medorum jugo, Nive rursus novum instaurarunt imperium. Ita aliquanto post Babylonii, qui quidem vel Medis, vel Assyriis hæctenus paruerant, Nabonassar duce, libertatem ac regnum sibi pepererunt. quorum tamen obscura primordia, Astronomorum Tabulis, quam rerum gestarum memoria, clariora fuerunt, usque ad Nabopolassarum, & Nabuchodonosorem, quibus principibus Babylonium regnum paulatim amplificatum in imensum excrevit: de quo postea. Et quidem initio Babylonie ferè sola potius videtur Nabonassarus, cum regio

Antea hie legebatur: Per. Jul. 3967. Olymp. septima annus quartus, sed emendatus locus ex ora Codicis Petaviani.

regio ipsa, vel ejus pars aliqua saltem ab Assyriis occuparetur. Hinc est, quòd Salmanassar Lib. iv. Regum, cap. xvii, 24. colonos è Babylonia in Samariam misisse dicitur. Nam Babel illie regionem ipsam significat: ne quis verum esse putet, quòd aliqui sibi periuadent, Salmanassarem Babylonie præfecisse Nabonassarum. Nam ab initio Nabonassari ad vi. Ezechie anni sunt ferè xxviii. at longè pauciores Salmanassari vulgò tribuuntur. Sed regum illorum tempora, ut & historiarum, summa in obscuritate versantur. Nos ab omni temeritate, ac divinatione, quoad licet, Chronologiam nostram abstinemus.

CAPUT LIX

De initio Mardokempadi, qui videtur esse Merodach.

Ad æram Nabonassari alteram hanc adjunximus, quòd & proximè secuta sit, & ad idem regnum pertineat, & eadem denique anni forma nitatur. Igitur Mardokempadus Babylonis rex fuit, qui, ut ex Canone liquet, quintus Babylonie rex à Nabonassaro numeratur. Hujus verò epocham insignem faciunt, & nuntiant eclipses lunares aliquot à Ptolemæo descriptæ, ex Chaldaeorum commentariis lib. iv. pag. 95. Edit. Græcæ.

Prima contigit anno primo illius, Thoth xxix. sequente xxx. anno Per. Jul. 3993. Martii xix. feria secunda, cyclo Lunæ 111. Solis xviii. lit. A. G. horis viii, 40'. à meridie diei xix. Alexandria. Annus erat Nabonassari xxvii. cuius Thoth Februarii xx. Eadem eclipsis ad nostras exacta Tabulas contigit hora 8, 52'. fuitque digitorum 18; ferè. Cæpit hora 6, 45'. desit hora 10, 51'. Tempus horarum 4, 6'. Sol in Piscum gradu 18, 5'. Secunda convenit anno secundo Mardokempadi, Thoth xviii. sequente xix. Per. Jul. 3994. cyclo Lunæ iv. Solis xviii. lit. F. Martii viii. feria vi. horis xi, 10'. à meridie diei octavæ Martii; anno Nabonassari xxviii. cuius Thoth inuit Februarii xix. Tabula nostre hanc eandem referunt hora xi, 45, 21'. digitorumque faciunt 3, 15'. ferè. Duratio horarum fuit 1, 56'. Cæpit hora 10, 6'. finis hora 12, 2'. Sol in Piscum gradu tum erat 10, 55'.

Tertia eodem anno contigit, Phamenoth xv. sequente xvi. Septemb. primo, feria prima, horis vii, 40'. à meridie diei primæ Sept. Ex nostris Tabulis eruitur eclipsis medium hora 8, 22', 26". à meridie diei primæ Septembris: initium verò hora 6, 58', 26". finis, hora 9, 46', 26". Digitorum fuit amplius 5. duravit horas 2, 48'. Sol in Virginis gradu tum erat 1, 13'. Ex iis apparet Mardokempadi æram confurgere ex anno Per. Jul. 3993. à Neomenia Thoth, que Februarii xx. cæpit, anno bissextili. Hunc regem probable est esse Merodach, qui lib. xv. Reg. cap. xx. ad Ezechiam legatos misit. Nam & appellatio eadem ferè, & tempus congruit. Ezechias enim cæpit anno Per. Jul. 3987. cuius anno septimo, vel sexto exeunte Merodach inuit.

CAPUT LX

De intervallo à conditu Templi Salomonici ad ejusdem excidium. Exponitur utriusque regni Judaici series.

VENTUM ferè jam ad illa tempora, quibus Hebræorum res cum externis implicatae sunt; ex quo paulatim à Dei cultu, & legis observantia deficientes peregrinarum se gentium commercio, & consuetudini dederunt. Quare sacra deinceps historia cum profana conjungenda, & alterius altera subsidio hominum ad usum & intelligentiam munienda videtur. Cujus rei studio priusquam insigniores tam Judæorum, quam exterorum principum epochas, aut illustrium rerum memoriam prosequamur. Regum utriusque apud Judæos imperii successione explicabimus, & amborum inter se tempora conciliabimus. Arduum profectò negotium, & propter singularem obscuritatem variis modis à plebisque tentatum; quorum diligentie nihil hic noster labor officit; sed nonnihil etiam Chronologia studioforum, uti speramus, adjurabit indultriam. Placet itaque, quo controversie difficultas, ac status manifestius appareat, duorum illorum regnorum, Judæ scilicet, &

Israëlis feriem ac tempora describere, quemadmodum in sacra Regum Historia continetur; ac deinde propotitissis, que obscuritatis, & ambiguitatis aliquid afferunt, enucleare, ac per partes explicare singula; ut hoc modo veri Regum illorum anni, hoc est non invicem conferti, ac permisti, ordine pertextantur. Ergo illud primum rudiorum in gratiam ex historia sacra repetendum est. Cum hæctenus Judæorum nomen, ac regio ipsa tota principi uni paruisset, sique rerum status tribus sub Regibus, Saule, Davide, Salomone perseverasset, demum Roboamo regnante, sub ipsum imperii primordium scissum esse duas in partes, ac duo postmodum regna constituta; quorum alterum Judæ regnum; alterum Israëlis appellatum est. Illius caput erant Hierosolyma; hujus aliquot ab exordio annis caput est facta Samaria. Judæ regnum ad Sedeciam annum undecimum annis ferè ccccxxiii. perstitit; donec à Nabuchodonosoro delectum est, Urbe ipsa cum Templo concremata. Israëliticum verò breviori tempore perseveravit, ad sextum annum Ezechie: quando Salmanassar Assyrius x. Tribus captivas abduxit. quod intervallum annos ferè ccliv. complectitur. His ἑθνεσθίας λόγῳ præmissis, nunc Regni utriusque feriem, sequente Tabula proponemus.

LATERCULUM UTRIUSQUE regni secundum descriptionem Historiæ sacre.

Table with columns: Reges Juda, Anni Regum post conditum Templum, Reges Israëlis, Anni. Rows include Salomon, Roboam, Abiam, Afa, Josaphat, Joram, Ochozias, Athalia, Joas, Amazias, Azarias, & Ozias, Joathan, Achaz, Ezechias, Manafies, Amon, Josias, Joachas, Eljakim, & Joakim, Joachin, Sedecias.

Quod in Scripturis interpretandis observandum esse Theologi docent, ut ejus, quoad licet, expressis verbis, ac sententiis insitamus; nec ab eo sensu recedamus, qui primus nobis obvius est, ac nativa vocum significatione continetur; idem in hac Regum historia, & annorum, qui singulis attribuantur, numero tenendum est. Verum cum iidem illi permixtum existant, ut quoties ex accurata, & ut vocant, literali Scripturæ sententia pugnant aliquid, vel absurdum, & incommodum sequitur, quod interpretatione nulla mitigari possit, tum ab obvio illo sensu paulatim deslectamus; idipsum

idipsum nobis eadem in Regum serie necessariis de causis faciendum erit. Etenim ex annis in utraque successione cum expansis, tum invicem comparatis, multa oriuntur amplexus, & insolubilia; quibus Chronologi variis interpretationum modis occurrere, ac mederi haud denus conati sunt. Conciliandi porro rationes ad duo ferme, vel tria capita revocantur. Nam aut anni labentes, & inchoati pro completis in numerum procedunt: sive e contrario, pratermissis excurrentibus annorum particulis, soli integri, ac vertentes anni computantur: aut patre adhuc superstiti, ac regnante, filius in regni consortium adscitus est; & aliquot cum patre annis imperavit: aut demique regum initia ad popularis anni epocham accommodantur. Est enim illud Magistrorum in Talmudicis commentariis celebre decretum: Annos regum Judaicorum; undecumque tandem inierint, a Nisan incipere, ab eoque procedere: exterorum vero Regum a Tifri. Tum illud: anni partem pro anno integro usurpari. Unde si eodem die, puta xxix. Adar, fingamus Joacim Hierosolymis, & Nabuchodon. Babylonis reges creati, postredie Joacim secundus annus putari incipit, labente adhuc Nabuchodonoforis primo. Haec causa omnes, vel eorum aliqua Regum illorum temporibus intervenire poterint; ut propterea multa nobis inchoatorum & perplexa passim occurrant: ob qua de annorum, quae ex Scriptura colligitur, summa non nihil detrahendum est; ut Chronologicos annos habeamus. Chronologicos autem eos voco, qui cum solidi, nec invicem permixti sint, numerum auctiorem efficiunt. Sed jam singula quaestionum capita percurramus.

CAPUT LXI.

Explicantur quaestiones omnia capita, quae ad utriusque regni tempora, & annorum seriem pertinent.

I. Caput de annis Afa.

I. DE Salomonis reliquis annis a Templi conditu nemo dubitat; cum & xl. regnarit annis, & ex iis quatuor primi decerpenti sunt; quoniam anno quarto Templi dedicationem molitus est, III. Reg. vi. 1. Unde sex & triginta relinquuntur. Postea Scriptura lib. III. cap. xv. 9. refert anno xx. Jeroboam regnare coepisse Afa regem Juda, quod sic interpretamur; ut in aliqua particula anni vicissimi Jeroboami primus Afa coepit. Verum & Roboamo xvii. & tres Abiam solidos annos tribuimus.

II. Jeroboam, & Nadab.

II. Jeroboam annis regnavit xxii. Nadab annis duobus, coepitque anno secundo Afa, III. Reg. cap. xv. 25. Si Afa anno vicessimo Jeroboam iniiit, & anno Afa secundo, Nadabus oportet anno xxi. Jeroboami mortuum esse Nadabum. Aut si annum vicessimum Jeroboami, quo regnasse coepit Afa, pro expleto vicessimo, & ineunte xxi. sumamus; anno ergo xxii. patris sui, mortuus est Nadab. Haec nos ita conciliamus. Anno Jeroboami xxi. coepit primus Afa. porro Jeroboam annos explevit xxi. & libavit paucos e vicessimo secundo dies. Nadab anno xxi. patris sui in regni societatem vocatus unum cum eo regnavit annum, alterum solus. Ideo biennium quidem regnavit; sed Chronologici anni tantummodo Jeroboamo xxi. assignantur, Nadabo unus: quem tamen integrum post parentis obitum non regnavit: hujus enim partem sibi Baafa vindicat. Itaque si Chronologicorum annorum habenda sit ratio, Nadabus expungendus fuerit, si Baafa xxiv. annos assignemus; aut ut Nadab ordinem tueatur, unus Baafa detrahendus est.

III. Baafa & Afa.

III. Baafa Scriptura xxiv. annos imputat. Idem vero coepisse memoratur anno Afa III. cap. xv. 23. Atqui Afa iniiit anno xx. Jeroboami igitur anno vicessimo secundo Jeroboam coepit Baafa, & neque locus ullus Nadabo relinquatur. Respondemus annum illum, qui Nadabo unicus a nobis tribuitur, tres simul reges habuisse. Nam paucos ejus dies Jeroboamus obtinuit; Nadabus aliquot menses; reliquum Baafa concepit. Sed primum hunc Baafa Nadabo dedimus, & xxiiii. tantum Baafa praefinimus; ne Nadabus proferus omitteretur.

IV. Ela & Baafa.

IV. Ela rex Israelitarum regnavit annis duobus; cap. xv. 8. & coepit anno Afa xxvi. Atqui Baafa iniiit anno Afa tertio. Itaque si xxiv. expleset annos, successor ejus Ela non nisi vicessimo septimo Afa coepisse

debut. Hinc apparet Baafa meritò xxiiii. tantum solidos assignari, ita ut unus ex illis annus duas totidem annorum particulas decerpserit. Item Zamri, qui diebus vii. regnavit Israelitis; iniiit anno xxvii. Afa, cap. xvi. 15. Amri quoque, qui ei successit, & annis xii. regnavit, eodem anno xxviii. Afa coepit; unde vicissimus quartus Baafa Zamri & Amri communicandus est.

V. Quod ad Amri & Baafam pertinet, duae sunt celebres quaestiones. Prima est: Baafa xxiv. annos regnasse dicitur; & anno Afa tertio coepisse. Atqui lib. Paral. II. cap. xv. 19. & xvi. 1. Baafa anno tricessimo quinto Afa completo, & tricessimo sexto ineunte dicitur Juda regnum infestasse. Mitto varias super ea sententias. Ego probabilem ex omnibus illam esse censeo; quae annum illum tricessimum sextum non ab initio Afa; sed a divisione Judaici regni in regnum Juda, & Israelis deductum existimat, videlicet a morte Salomonis, ad xvi. Afa, & xiv. Baafa. Altera quaestio: mortuo Zamri, Israelitarum rex Amri regnavit annis xii. cumque Zamri non plus septiduo regnavit, anno xxvii. Afa, necesse est eodem anno coepisse successorem ejus Amri. At vero com. 23. Scriptura dicit anno xxxi. Afa regis Juda regnasse Amri. Communis & perspicillae est responsio. Nam, ut eadem Scriptura com. 21. & 22. docet, occiso Zamri, populus in duas factiones abiit: altera secuta est Amri; altera Thebni; qui aliquot annis cum Amri contendisse videtur; nempe a xxvii. Afa ad ejusdem xxxi. quo Amri quiete ac pacifice regnum obtinuit. Quatuor igitur annis in illo turbulento regni statu; reliquos pacatis jam rebus exegit. Idem Amri Samariam edificavit in monte, quem a Somer emerat, cap. xvii. ibique deinceps Israelitici regni caput exstitit.

VI. Josaphat anno quarto Achabi regnare coepit, III. Reg. xxii. 41. Achab vero anno xxxviii. Afa Josaphat regis Juda, cap. xvi. 29. Proinde Afa moritur anno quarto Achab. Ex quo fit, ut quadragesimo primo Afa Josaphat ejus filius coepit. Sed nos dicimus labente eodem xlii. Afa, & quarto Achab coepisse primum Josaphat; ita ut major parte cum v. Achab concurreret. Quare ineunte xxxviii. Afa iniiit Achab; sub finem vero xlii. Afa, & quarti Achab, paulò ante obitum Afa, rex inauguratus, aut designatus est Josaphat; ita ut primus ejus respondeat potius quinto Achab.

VII. Achab coepit; uti dictum est, anno xxxviii. Afa; in quem & duodecimum Amri competit: cujus initium contigit anno xxvii. Afa. Ideo Amri unum annum detrahimus, ut Chronologicos annos imputemus xii. Ochozias filius Achab coepit regnare in Israel anno septimodecimo Josaphat regis Juda. III. Reg. xxii. 52. & biennium regnavit. Cum igitur Josaphat anno quarto, vel quinto ineunte Achabi regnum adierit, regnaverit autem Achab annos xxii. lib. III. Reg. cap. xv. 29. oportet Achabum decessisse anno xviii. Josaphat regis. Igitur Ochozias anno vicessimo saltem exeunte Achab patris sui regnavit; ejusque anni duo in numerum non procedunt, sed viginti duobus patris annis absorbentur. Cui tamen lib. iv. Reg. cap. i. Scriptura repugnare videtur; quae Ochoziam post mortem parentis pro rege se gessisse demonstrat. Sunt qui Ochoziam anno in serie Chronologica non computant: quod & necesse est; si Achabo xxii. annos solidos arguemus. Verum ne rex ille, qui post obitum patris aliquotum utique tempore sceptrum tenuit, penitus praetermittatur, Achabi annos illos non vertentes, ac solidos, sed quosdam ex illis inchoatos dumtaxat fuisse credimus. Achabi, ut dictum est, primus iniiit cum xxxviii. Afa regis Juda: Josaphat autem primus sub finem quarti Achab. Unde Ochozias ineunte anno xvii. Josaphat, Achabi vero xxi. similiter ineunte, rex a patre creatus est; & cum eo solidum imperavit annum; alterum vero cum vicessimo secundo patris inceptit, & eo mortuo aliquot deinde mensibus continuavit. Nam Achab annum regni sui xxii. paucis diebus libavit. Unde primum annum & vicessimum secundum non integros obiit. Verum nos in serie Chronologica annos tantum assignamus xxi. Ochoziam unum.

VIII. De Joram utroque, hoc est tam Juda, quam VIII. Israelitarum rege, Achabi filio, fratre Ochoziae, perplexior est quaestio. Hic enim anno xviii. Josaphat regnasse

regnasse fertur, lib. iv. Reg. cap. III. At cap. i. 17. regnasse dicitur anno secundo Joram filii Josaphat regis Juda; & hic ipse Joram Juda rex capite viii. 16. regnavit anno quinto Joram regis Israel. Quae quidem enigmatis similia videntur. Respondemus imprimis Joramum filium Josaphat in regni consortium a patre vocatum; idque Scripturam haud obscure significare, IV. Reg. viii. 16. Anno, inquit, quinto Joram filii Achab regis Israel, & Josaphat regis Juda (subaudi tempore, non anno perinde quinto) regnavit Joram filius Josaphat rex Juda. Porro cum Joram iste coepit anno v. Joram filii Achab, qui anno xviii. Josaphat iniiit, exeunte scilicet, ineunte vero xix. consequens est Joram a Josaphat regem esse factum anno exeunte regni sui xxii. & ineunte xxiii. ita ut triennium cum patre solidum imperaverit; reliquos post ejus obitum. At Joramum Israelita duplex habuit initium regni: Primum anno xviii. Josaphat, post fratris Ochoziae mortem, antequam rex a populo fieret; cui proregis nomine & auctoritate transire praesuit, annis videlicet ferè sex, usque ad annum xxiii. exeunte Josaphat, & ineunte xxiv. quando rex a populo est electus. Quod secundum initium lib. iv. Reg. cap. i. 17. intelligitur; alterum vero, cap. viii. 16.

IX. Joram.

IX. Ochozias iniiit anno duodecimo Joram regis Israel: lib. iv. Reg. cap. viii. 25. & uno anno regnavit. Porro Joram pater Ochoziae coepit, ut vidimus, anno quinto ineunte Jorami filii Achab, ineunte vicessimo tertio. Ideo octo illius anni (totidem enim regno praesuit) adaequantur cum octo reliquis Jorami Israelitae, cui xli. tribuuntur. Itaque necesse est octavum Jorami regis Juda, & duodecimum Jorami Israelitae esse primum, & unicum Ochoziae filii Joram, regis Juda. Propterea nos Joramum regi Juda vii. dumtaxat annos assignamus; hoc est tres, quos cum patre regnavit; tum quatuor post ejus obitum integros, & quantum aliqua parte libatum; cujus reliquum Ochoziae tribuimus.

X. Ochozias.

X. Super eodem Ochoziam molesta, & perplexa quaestio est. Etenim pater ejus Joram annorum erat xxxii, quando regnare coepit, & viii. regnavit annis. IV. Reg. viii. 17. Moritur ergo aetatis anno quadragesimo. Ochozias vero ejus filius cum regnum iniiit, erat xlii. annorum, ut est lib. II. Paral. xxii. 1. & anno uno regnavit. Igitur biennio patre suo major exstitit. Animadvertendum igitur est, etsi in libro Paralip. Ochozias cum regnare coepit, xlii. annos natus esse dicitur, tamen in lib. iv. Reg. cap. viii. 25. viginti duos annos dumtaxat eidem attribui, quando regnare coepit. Quinetiam in Sixtina Editione lxx. Interpretum, pro xlii. annis, duo tantum & viginti numerantur. Ex quo facile conjicimus Hebraeos codices in loco illo libri Paralip. depravatos fuisse, proindeque vel xxii. annos pro xlii. substituendos esse; vel, ut alii Graeci codices habent, xx.

XI. Joas.

XI. Post Ochoziam Athalia regnum per tyrannidem Joas, & usurpavit annis sex. Succedit Joas, annis xl. cujus anno nono moritur Jehu rex Israelis. Nam Joachaz Jehu filius iniiit anno Joas regis Juda vicessimo tertio, IV. Reg. xlii. 1. Joas autem anno coepit Jehu regis septimo: ibidem cap. xlii. 1. Joam Juda regem excepit Amasias filius, qui annos xxxix. regnavit; coepitque anno secundo Joas filii Joachaz regis Israel, IV. Reg. cap. xiv. 1, 2. Porro Joas rex Israelis regnum orsus est anno xxxvii. Joas regis Juda, & sedecim regnavit annis, cap. xlii. 10. Si Joas Israelita coepit anno Joas regis Juda tricessimo septimo, ejus secundus annus erit Joas regis Juda tricessimus octavus: idem autem est Amasias primus. Quare Amasias anno patris sui xxxviii. coepit, & cum eo triennium regnavit. Rursus Amasias post mortem Joas Israelitae visit annis xv. ut est IV. Reg. xv. 17. Ergo mortuus est anno Jeroboami filii Joas decimo quinto. Atqui Azarias filius Amasias, qui patri statim successit, iniiit anno Jeroboami xxxviii. cap. xv. 1. Zacharias vero Jeroboami F. anno coepit Azariae xxxviii. Sellum deinde, ac Manahem anno Azariae xxxix. Si Azarias regnare coepit anno Jeroboami xxxviii. quinquagesimus secundus ipsius annus cedit in quartum Osee regis Israelitici, quod est absurdissimum. Nam Osee coepit anno duodecimo Achaz, lib. iv. Reg. cap. xvii. 1. & praeterea Phaceia, qui duodecimo fere anno post obitum Jeroboami secundum regnavit, iniiit anno quinquagesimo Azariae, cap. Part. II.

xv. 23. Phacee quoque qui post biennium Phacee regnavit, coepit anno Azariae l. i. ut eodem capite legitur.

Haec historiae Regum amplexus variè a Chronologis explicantur. Nos quid nobis videatur breviter exponemus. Joas Israelita filius Joachaz duplex, ut opinor, initium habuit: primum anno Joas regis Juda tricessimo septimo, Joachaz autem patris sui decimo quinto, quo cum unum, & alterum regnavit annum. Eo mortuo, & anno Joas regis Juda tricessimo nono aliud exordium coepit. Ita factum, ut anno secundo Joas Israelita, post quadragesimum Joas regis Juda successerit Amasias. Similiter Jeroboam duplex initium habuit. Primum enim a Patre Joazo proventus est ad regnum, anno ipsius sexto, Amasias quarto; & undecim cum patre regnavit annis. Iterum mortuo parente, anno Amasias decimo quinto exeunte, regnare coepit; à quo tempore quadragesima & unus anni, quibus regnavit, procedere incipiunt. Quocirca anno vicessimo septimo Jeroboami, à primo scilicet exordio, qui est decimus sextus à posteriore ejusdem initio, regnavit Azarias filius Amasias.

XII. Cum plerique Chronologi Interregnum annorum fere duodecim in regum Juda serie constituant, inter malum hoc Israelitarum regum annis inferere. Quare Jeroboamum dicimus obiisse anno Azariae xxvi. exeunte. quo mortuo Interregnum in Israelite fuit annorum circiter xii, vel xiii. à xxvii. Azariae ad xxxviii. Inde Zacharias Jeroboami filius regnavit mensibus vi. Selum uno mense; Manahem decem annis: qui exorsus est anno exeunte tricessimo nono Azariae; & mortuus est anno ejusdem xix. Cui anno quinquagesimo Azariae successit Phaceia. Hoc magis consentaneum & probabilius videtur, quam quod ab aliis excogitatum est, Amasiam duodecim annis exulasse; & id genus reliqua, quae non parum difficultatis, imò absurditatis continent.

XIII. Anno l. i. Azariae coepit Phacee filius Romelias; IV. Reg. cap. xv. 27. & ejusdem anno secundo coepit Joathan filius Azariae, five Ozia regis Juda, com. 32. Joathan, qui regnavit annis xvi. Ergo moritur anno xvi. Phacee. Verum eodem anno decimo septimo Phacee regnavit Achaz filius Joathan, cap. xvii. 1. Proinde exeunte xvii. anno Phacee Achazi initium contigit. Phacee porro ineunte anno quarto Achaz mortuus est.

Ozee filius Ela rex Israelis regnavit anno vicessimo Joathan, IV. Reg. xv. 30. id est anno quarto Achaz. Nam Joathan non amplius xvi. annos regnavit. Atqui idem duodecimo anno Achaz regnasse dicitur, IV. Reg. xvii. 1. regnavitque novem annis. Ergo anno duodecimo Achaz secundum prius initium definit: secundum posterius, anno sexto Ezechiae. Atqui cap. xviii. 1. Ezechias iniiit anno tertio Osee. Hunc nodum variè dissolvunt Interpretes & Chronologi. Ego duplex initium Osee fuisse suspicor: alterum ab anno quarto Achaz: alterum à duodecimo. Quamvis verò de causa interruptum sit regnum, neque compertum nobis est, neque curiosius attinet querere. Quocirca anno quarto Achaz ineunte, coepit Osee. Sed subinde turbulento Israelitici regni statu, & Assyriorum grassatione, ac tyrannide propemodum ejus interruptum est regnum. Ideo à secundo initio novem anni postremi computantur. A quarto enim ad duodecimum Achaz annis novem regnavit. Inde à duodecimo exeunte, & ineunte decimo tertio Achaz, novum regni auspiciu iniiit. Ceterum Ezechias, qui anno tertio Osee regnare coepit, haud dubiè à posteriore initio; coepit anno exeunte patris sui decimo quinto, Osee vero tertio exeunte, & ineunte quarto. Ob eas causas Achazo non plures quam xiv. annos Chronologicos tribuimus. Si quidem primus ejus in patris sui Joathan ultimum incurrit: postremus autem, id est decimus sextus, Ezechiae totus imputandus est. Alioqui de Ezechiae annis unus alterve detrahendus erit.

XIV. Denique Osee novissimus Israelitarum rex anno nono regni sui, Ezechiae vero sexto, captus est ab Assyriis, & Israelitarum regnum desit; IV. Reg. xviii. 10. Hoc de sexto Ezechiae exeunte & ineunte septimo accipiendum est; similiter & de nono exeunte Osee. Anno mundi 3255. desit Achazi regis duodecimus, & inceptit decimus tertius sub finem duodecimi Achaz, iniiit decimus Osee, idemque posterioris initii primus. Anno mundi 3258. desinente decimo quinto Achazi, primus Ezechiae coepit, exeunte tertio Osee. Anno demum

desit Ezechia sextus, Osee nonus; quo labente Israelitarum imperium ab Assyriis exstinguitur. Reliqui deinceps anni Judaeorum principum, quoniam nullos habent ex adverso respondententes regni alterius annos, facillius, expeditiusque numerantur. Quamquam in Jechonia Joakimi filio ac successore non nihil est scrupuli. Nam Lib. iv. Reg. cap. xxiv. 8. Jechonias, sive Joachim decem & octo annorum fuisse perhibetur,

DE DOCTRINA TEMPORUM,

quando regnare cepit. at Lib. 11. Par. cap. xxxvi. 9. octo dumtaxat annorum. Expeditissima conciliandi ratio est, ut ostensis primùm a patre in regni consortium assumptus, eo mortuo, cum jam xviii. annos natus esset, novum regni primordium habuerit. Subjicienda nunc utriusque regni Tabula: quæ annos solum Chronologicos exhibeat.

TABULA REGNI JUDÆ, ET ISRAELIS CHRONOLOGICOS annos utriusque continens, id est non implicitos, & connexos.

Table with columns for Reges Juda, Reges Israel, and their respective reign durations in years. Includes a summary row at the bottom: Colliguntur a Davide a. ccclxvii, a v. Salomonis, anni ccccxxiii, m. v. l.

CAPUT LXII.

De initio Ezechia, ejusque anno quatuordecimo, & expeditione Sennacherib.

PECULIARIS est de Ezechia rege questio. Nam Scaliger multis in locis, præsertim in Ifag. Canon. Lib. 111. pag. 286. annum illius decimum tertium Sabbaticum esse contendit; eo quod decimus quartus ejusdem proximus est à Sabbatico. Sed hoc argumentum cap. xxv. hujus Libri refutatum est; & Sabbaticorum annorum constituta ratio. Idem Scaliger Lib. 11. Ifagog. Canon. pag. 156. initium Ezechia confert in annum Periodi Julianæ 3986. qui est secundus hebdomadis annalis. Nam Sabbaticus annus currebat æstivis mensibus anni 3984. Unde annus ejusdem regis decimus tertius cadit in annum Periodi Julianæ 3998. qui & Sabbaticus fuit. Nos verò annum Ezechia uno anno tardius assignamus, videlicet Periodi Julianæ anno 3987. qui tertius fuit hebdomadis annalis: decimus verò tertius primus est hebdomadis, anno 3999.

Non magis verum est, quod eodem in libro Ifag. Canon. num. l. scribitur: Samariam captam ab Assyriis, & Israelitarum eversum esse regnum anno Sabbatico, Periodi Julianæ 3991. Nos enim cladem illam contulimus in annum 3993. hebdomadis secundum. Neque probatione ulla nititur observatio illa Scaligeri.

Decimus quartus ejusdem Ezechia regis annus Assy-

riorum expeditione, & internecina clade, nec non agrotatione regis Ezechia insignis accidit. Anno quatuordecimo regis Ezechia (ait Scriptura iv. Reg. xviii. 13.) ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad universas civitates Juda munitas, & cepit eas. Eodem anno regem in morbum incidisse colligitur ex eo, quod Dominus per Isaiam quindecim annos ad vitam illius adjecturum se esse promittit. Regnavit autem annis omnino viginti novem. Itaque decimo quarto denuntiatio illa Propheta contigit. Sed Assyriorum clades, & ignominiosa illa Sennacheribi fugata quodnam in tempus incurreret, hoc loco disquirendum. Tornielius enim anno tertio ab expeditione, Rapsacisque contumeliosa perbaccatione, & Ezechia morbo, Sennacheribi copias ab Angelo deletas esse scribit, idemque persuasit aliis. Etenim anno decimo tertio regni sui censet Ezechiam ab Assyriorum rege defecisse. Anno verò decimo quarto, Sennacheribum in Palestinam copias transfudisse. Nam Isaias cap. xx. scribit regem Assyria Sargon misisse Tharthan unum è ducibus suis ad expugnandam Azotum. Eundem verò Lachis obsedis, & ad eum Ezechiam imperatam vim auri, argenti que deflatisse lib. iv. Reg. cap. xviii. proditum est. Secundum quæ tres Assyriorum principes Tharthan, Rapsaris, & Rabsaces Hierosolymam allegati sunt, ubi multa contra Deum sacrilegè Rapsaces effudit. Postea cum Tharaca rex Æthiopia adversus Assyrios duxisset exercitum, obviam ei Sennacherib cum copiis suis progressus est in Ægyptum. quo tempore Pelusium obsedit, ut auctor est Josephus. Sed spe sua frustratus, anno demum Ezechia xvi. ad obsidendam Hierosolymam revertitur. Ab eo verò conatu divinitus insidita clade, ac totius exercitus inter-

MULIBER NONUS, CAP. LXIII.

internecione repressus est. Hæc illi. quæ neque Scripturae, neque veterum auctoritati consentanea sunt, & levissimis argumentis, imò nullis excogitata temerè mihi videntur. Nam in lib. iv. Reg. cap. xix. & xx. & 11. Paral. cap. xxxi. & Isaiæ cap. xxxvii. & xxxviii. ubi historia illa describitur, post Assyriorum stragem, morbus Ezechia subjicitur. Quæ est igitur ista ratio, contra Scripturæ perspicuum, evidensque testimonium, ordinem invertere, ac Sennacheribi calamitatem post ægotat onem Ezechia in annum tertium rejicere? Itaque cum Josepho, Hieronymo, Sulpitio in Historia Ecclesiastica; Auctore Mirabilium S.S. cum plerisque demum mortalium arbitramur, Ezechiam anno decimo quarto regni sui in morbum incidisse, post extinctas Assyriorum copias, ac Sennacheribi fugam. Hæc enim omnia anno illo decimo quarto terminari nihil prohibet; imò verò sacra jubet historia; cujus apertam, ac simplicem narrationem quibullibet conjecturis anteponimus. Duo sunt omnino novæ illius opinionis argumenta. Alterum est, quod Isaias capite xxxvii. 30. tres annos nominatim concipiat. Jubet enim comedere anno primo, quæ sponte nascuntur; anno secundo pomis vici; anno tertio seminare, & metere, ac plantare vineas. Unde conjiciunt ad annum usque tertium propagatam esse stragem Assyriorum. Alterum, in quo robor opinionis positum est, ex iis verbis petitur. Et addam diebus tuis quindecim annos. Sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, &c. Igitur post Ezechia morbum ab Assyrio metus instabat. Nondum ergo Sennacheribi copias Angelus deleverat. Utraque illa ratio levis est, & imbecilla. Primus ex Isaiæ locus cap. xxv. supra declaratus est ex communi Interpretum, & probabiliori consensu. Posterior nihil ad rem pertinet. Nam sublato Sennacheribo, imminet Atlarhadon, ac Judæis, & Ezechia formidolosus erat, paterna præsertim clade ad ulciscendi cupidinem inflammatus. Hunc igitur ad bellum instaurandum sua sponte concitatum, ac jamjam erupturum occultâ providentiâ convertit aliò Deus; vel ingruentem consuevit. Neque enim expeditiones Assyriorum omnes, ac bella cum Judæis gesta, Regum, aut Paralipomenon historia complectitur. Nam Assyrii regis alterius incurtionem in Palestinam, ac Syriam Manafis tempore utriusque Scriptoris Operis omisit: quam nos ex libro Judith accepimus, & suo loco, hoc est libro duodecimo declaravimus.

Quocirca Sennacherib anno Ezechia xiv. Palestinam, ac Syriam, & Ægyptum eodem tempore diversis exercitibus infestavit, & cum Æthiopia rege Tharaca pugnavit. Certè Herodotus in Euterpe Sennacheribum Arabum Assyriorumque regem cum Setone Vulcani sacerdote Ægypti rege bellum gessisse, ac repentina murium eruptione pharetris, ac nervis arcuum arrosis, solum fugatumque refert. Ab Ægypto itaque revertentem Assyrium immanis illa clades, & φοιλατος excepit.

DE INITIO NABOPOLLASSARI REGIS CHALDÆORUM.

CAPUT LXIII.

Quæ sit Scaligeri sententia in lib. v. de Emend. & in Ifag. Canonibus: nec non in Appendice. tum ejusdem pugna scem.

MIRA est inconstantia Scaligeri in Nabopollassari ac Nabuchodonosori primordiis, quæ ad rerum Judaeorum historiam non vulgarem utilitatem adferunt; atque ideo diligentius à nobis pervestiganda sunt. Primum igitur quid in lib. v. de Emend. scripserit compendio proponemus.

Quemadmodum Alexandria ara duplex est, Syromacedonum, & Chaldæorum; quarum hæc uno anno ferunt: est: ita Nabopollassari duplex epocha est, & hęc viginti, & ipsius Neuruz. Eβδομηκοστος ejus confurgit ab anno cxxiii. Nabonassari. Siquidem annus ejus quintus Pars II.

est cxxvii. Nabon. ut ex eclipsi constat, quam postea describemus. Neuruz incipit ab anno Nabonassari cxxi. Unde annus Nabon. cxi. est viceimus nonus à Neuruz. Porro cum Berofus in fragmento, quod est apud Josephum, dicat Nabopollassarum patrem Nabuchod. jam senio fatiscētem filium suum ad expeditionem Syriacam misisse, ab eoque victum Satrapen, qui Ægypto, Syriæ, & Phœnicia præfectus fuerat; Scaliger credit intelligenda hæc esse de capto Jechonia, vel Joachim anno Nabonassari cxi. Itaque cum cxi. in eunte obiisset Nabopollassar, anno cxxi. impetii sui in eunte; ex eo exploratum esse dicit, novum Neuruz ei dicatum fuisse.

Nam anno Nabonassari cxxi. Chaldæi celebrarunt secundum Salchodai, cum Thoth Nabonassari jam à xxvi. Februarii ad xxvii. Januarii gradum fecisset. Itaque Chaldæi nis imæphias iterum traduxerunt in cxxiii. Martii, & Neomenia Chœiac Ægyptiaci cepit ab antiquo Neuruz Nabonassari, nempe à cxxviii. Martii, à qua Neomenia Chaldæi ceperunt putare annos Nabopollassari anno tertio post, qui fuit annus Eβδομηκοστος Ægyptii verò à Neomenia sui Thoth, quæ tunc incidit in xxvii. Januarii.

Igitur initium regis istius est à cxxiii. Thoth Nabonassari, anno Per. Jul. 4089. à quo Ezechielis annus tricesimus, qui cap. i. memoratur, accessit est; idemque est annus quintus deportati Jechonia, tricesimus ab enthronismo Nabopollassari, & centesimus quinquagesimus secundus à Nabonassaro. Neque enim Propheta ara utitur alia, quam Nabopollassari: quia nullam aliam notationem temporum habent victi, quam ipsam victoris. Et quoniam Regis illius enthronismus incidit in quadriennium ipsius Neuruz, propterea hæc ara signabantur apud Chaldæos.

In Appendice ad Libros de Emend. Temp. ubi Græca quædam Berofii, & aliorum fragmenta Notis illustrat, mirum quantoperè à priori illa sententia discedat; quod idem & in Ifag. Can. facit. In Appendice pag. x. ex iisdem illis Berofii fragmentis colligit victum esse Nechao regem Ægypti, (quem Satrapen illum interpretatur esse à Nabuchodonosoro debellatum,) tum etiam Joakim anno Nabopollassari xviii. cuius Nabopoll. initium ducitur ab anno Nabon. cxxiii. Incidit autem Joakimi casus in annum Nabonass. cxi. unde confurgit initium Nabuchodon. ab expeditione Syriaca.

Ceterum cum Nabopollassar apud Berofum regnasse dicatur annos cxxi. hoc est attigerit tricesimum, Ezechiel verò dicat anno tricesimo, utique regis Chaldæi, visionem sibi oblatam; fuerit autem hic annus cxi. Nabuchodonosor: dicendum est Nabuchodonosori primum annum inisse à xviii. Nabopollassari, & cxi. annis cum patre regnasse. Ergo annus cxi. Nabuchodon. est xxx. Nabopollassari, Nabonassari cxi.

Eadem ferè in Prolegom. Edit. 11. de Emend. Temp. traduntur, & in Ifag. Can. nempe à cxxiii. Nabon. inire primum annum Nabopollassari, Nabuchodonosori verò primum, quem cum patre cepit, inisse anno Per. Jul. 4086 (sed corrigendum 4106.) qui erat quartus Joakim regis Juda. tricesimum porro Nabopollassari esse decimum tertium Nabuchodonosori. Nam octavo anno ipsius expeditionis Jechonias captus est. anno deinde quinto Sedecia tricesimus inire Nabopollassari, quando & Ezechielis est oblata visio.

Hæc diversis in locis ac libris à Scaligero prodita invicem contraria, & pugnantia sunt. Nam cxiis, quæ hoc libro v. de Emendat. traduntur, sequitur Nabopollassarum regnasse tantum annis xxvii. ab enthronismo; tum annum, qui ab Ezechiele numeratur tricesimus, esse quartum post mortem Nabopollassari. Item Nabuchodonosorum regnare cepisse anno ab enthronismo cxi. Neuruz cxi. & septem annis cum patre regnasse. Ita primus annus enthronismi Nabopollassari est cxxiii. Nabonassari, Periodi Jul. 4089. Mortuus autem erit anno Nabonassari cxi. ab initio Neuruz sui anno, cxi. ab enthronismo xxvii. Per. Jul. 4115. Quod anno Nabonassari cxi. mortuus sit Nabopollassarus disertè scribit hoc in libro v. pag. 374. B. & pag. 376. C. Rurfus pag. 375. B. ait Jechoniam captum esse anno K 2 Na-

* Adde ex ora Codicis Petaviani: Isidorus Pelusiotæ lib. 111. Epistolâ 283.